



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs Practicvs De Casibvs Svmmo Pontifici,
Episcopis, Et Praelatis Religionvm Reservatis**

Kiene, Johann Georg

Constantiae, 1629

5. Immunitas quando, & quot modis violetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42214

conciliatum est, *Sa. V. Ecclesia. n. 22.*)
si verò percussio sit grauis, & facta
in Ecclesia, siue intra, siue extra
sanguis postea effundatur, viola-
tur Ecclesia. Præterea effusio se-
minis debet esse voluntaria, &
lethaliter illicita, siue fiat a viro,
siue a fœmina per pollutionem,
copulam, & secundum plerosque
etiam coniugalem (nisi diuturna
necessitas habitandi in templo
excuset) propter indebita circum-
stantiam loci, id est reuerentiam
& sanctitatem. Excipe tamèn mo-
dicam humectationem, seu distilla-
tionem, aut effusionem, si extra Ec-
clesiam accidat v. g. in turri, tecto,
spelunca, sub paumento Ecclesiæ,
aut pollutionem inuoluntariam
indirectè in somno, & deniq; quâ-
cunq; animalium turpitudinem.

V. Violatio immunitatis & li-
bertatis Ecclesiasticæ.

I 4 Triplex

Triplex ponitur immunitas, ad eoque etiam trifariam violatur per se, alia locorum, alia personarum, tertia honorum, quæ vel ad Ecclesias, vel Clericos, seu Religiosos spectantia ab omnibus oneribus, & tributis debent esse exempta. Prima actiones propheticas Sanctitati locorum repugnantes proscriptis v. g. homicidiu etiam per suffocationem, iniuriosam Iæsionem &c. & refugiū securitatis ac custodiæ præbet, tam reis qui eò confugiunt, quam bonis quæ ibidem deponuntur. Hanc immunitatem habent omnia templa ab Episcopo fundata, & consecrata, aliaq; loca quæ in iure censentur Religiosa v. g. hospitalia auctoritate Episcopi dedicata, Monasteria Religiosoru, quoad totum Claustrum, seu habitationem, palarium Episcopi, Ecclesia non consecrata (duo modo in ea diuina officia peragantur,

gantur, aut alioqui deputata sit nō
dem, polluta aut interdicta, rotā
fabrica Ecclesiæ cæmeterium alia-
q; loca Ecclesiæ adhærentia cum
suis confiniis, quæ in magnis
templis ad 40, in minoribus ad 30.
passus per circuitum (nisi forte
consuetudo loci deroget iuri) ex-
tenduntur. Imunitatem omnibus
reis indefinite tam in Cuiilibus
quam Criminalibus constat pro-
desse, & confugientes ad loca Re-
ligiosa v. g. si funem campanæ, aut
seram tangant, non possint inde
inuiti, aut inscio Episcopo, Præ-
lato extrahi, aut violenter intra il-
lam tractari, nec ad pœnam corpo-
ralē, aut mortis condemnari. A-
mittunt tamen imunitatem latro-
nes, agrorum depopulatores, ho-
micideum, mutilationem in ipsis
Ecclesiis patrantes: proditorie
in Cæmeteriis proximum, per in-
sidiias occidentes mandantes, & f-

I 5 sasini,

sasini, qui certa pecuniæ summa oblatâ ad homicidium se offerunt, rei læsæ Maiestatis, insurgentes in personas Principum, iuxta Gregorii, 14. addit Suar. immunitatem loci furi- bus per consuetudinē adimi, vide Scort. Theor. 58. de pœna violentium immuni- tatem Ecclesiasticā apud eundem Theor. 77. & 78. ubi ex multis quā Canoniciis quā Civilibus iuribus eam solide demon- strat, & de eorum excommunicatione Cap. Nouerit. de sent excom. & Bullam Cœnæ. de injectione violenta manuum in Ecclesiasticas supra in Canone si quis suadente Diabolo.

VI. Sacrilegium seu furtum rei sacræ, videlicet in notabili & mor- tifera quantitate, & per circum- stantiam sacræ efficitur Sacrile- gium, quo res sacra quæ ob sancti- tatem reverentiæ esse deberet, con- taminatur. Nec videtur sermo esse de furto, quod in loco sacro com- mittitur non quidem circa rem sacram,